



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 50. Pompeji Belleverii oratio ad Helvetiorum Magistratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

excusabat tamen, caussatus, nullatenus hoc scelus dedita opera fuisse patratum, sed consensum a Rege per duram necessitatem fuisse extortum, ut Protestantium violentiam, quam hi post Architalassi Colonii vulnerationem moliebantur, cohiberet: re autem jam confecta Rex, cum alia via remedium adhibere haud posset, hunc tumultum approbare simulasset: præterea funestam hanc diem Divo Bartholomæo sacram Guido Faber Bibracius excusabat, hancque in rem ad Stanislaum Elvidium epistolam perscripsit, in qua demonstratum ibat, quod hoc facinus laude dignum nullatenus læsis justitiæ præceptis executioni fuerit datum.

Sæcul. XVI.
A.C. 1572.

§. L.

Pomponii Belleverii oratio ad Helvetiorum Magistratus.

In præfenti rerum vicissitudine memoratu dignum est, quod Franciæ Rex apud exteros etiam Principes hujus cædis culpam excusare studuerit; quippe hanc in rem ad Helvetios Pomponius Belleverius, apud quos olim Regis nomine Orator erat, reverti jussus, sua eloquentia demonstrare nitebatur, quod Colinius consilium Regem necandi cepisset, ac magnas passim emuncta Gallia pecunias, multamque auri, & argenti

Thu. l. 53.

Sæcul. XVI
A. C. 1572.

genti vim congefisset, ut se Regi potentia, atque opibus adæquaret, hacque ratione, cum sibi commodum videretur, exercitum ad turbandum regnum compararet: præterea Belleverius de eodem Colinio edicebat, quod palam in sanctiore consilio Regi interminatus esset, nisi bellum Hispanis inferret, fore, ut potioem Galliæ partem adversus Regiam Majestatem ipse concitaret, quam in rem semper circa se latrones hominibus necandis exercitatos, certos item alios in quibusque Regni provinciis habere dicebatur, quorum celeri opera in mittendis nuntiis, & exercitibus conscribendis uteretur, adeo ut eam ob causam Regi, & universæ Galliæ terribilis fuerit: his multa subjuncta erant, quæ ad ambitionem Colinii exagitandam, & ejus famam magis obscurandam studiose prolata fuerant. Verum ad hanc ejus orationem postmodum latino sermone vulgatam brevi responsum est scripto admodum acri, & conviciis pleno Wolfgangi Prischii Cracoviensis nomine edito.

§. LI.

Carpenterii scriptum in eandem rem.

Thu. l. c.

Sub idem tempus Belleverius itineris sui socium selegerat Petrum Carpenterium Tolosanum, qui jus civile aliquando